









1775.

1. Schmitt, Johann Albertus de: De privilegiis verag.
Juris S. R. M. Civitati Norimbergensi concessis.
1777.
2. Siebenker, Johann Christian: De studio chronologico
juris praesertim Germanici

1778.

1. Weinger, Pomerus: De capitibus quibusdam ineditis
Norimbergensibus.
2. Fleischmann, Joannes Ridenus: De abusu rei fructuarie
modo tollendi uti fructuum spurio
3. Haer, Georgus Christophorus: De litteris institutorum
imperialium quatenus prohibent contra hereticas
res in illis contentas perirentem

1779

1. Koenig, Joannes Christianus Gualter: Selecta juris
medicinabilis capita ex legibus Norimbergensibus
illustrata

n. 34

2

1779

2^a = Mullerus, Iohannes Fredericus: De primis et effectibus defensionis naturalis etiam in statu civili prole dicitur
juris 2. 1. 1. 1.

3. Anzger, Iohannes Gottfried Christianus: De nemore prole dicitur
civilis Moravia praesentibus altioribus

4. Schiner, Iohannes Baptista Insuper: De iuramentis

1780.

1. Birkner, Paulus Fridman: Brevelis inas. iurisdic-
tionis praesentibus comunitatis ex iure offerendi creditu-
ritatis hypothecariorum secundis aduersus priores compe-
tentia

1781.

1. Colmar, Iohannes Albertus: De iure civitatis Nimb-
urgensis

2. Trübner, Iohannes Andreas: De vulnerabilium sectis
factionum e Germanorum legibus ante derivanda

3^a ed. Schmiedens, Joann. Michael: De signis criminis faecosi
Libelli 2 Emble

1782.

Gruber, Johann Baptist: De substitutione uxoris
fratrum atque sororum.

1783.

Strobel, Joann. Urbanus: De testamentis militum Hungarici
Continuus.

1786.

Waglerus, Paulus Tobias: De pactis remissivis cum relictione
ubero.

1787.

1. Wuelckera, Georgii Christiani Paulus: Selecta capita
doctrinae juris publici Germanici de constitutione
limitatum imperii interna capitibus.

2. Willetus, Georgii Ludovici: De annullo piscatoris

1788.

Hesselus, Godfredus: De jurebus circa tabum metratum
in Germania

1790.

1. Kunze, Joanes Christianus Benjamin: De testibus amicis
2. Labrus, Benedectus Gulielmus: De jure collectandi in
genere speciatim vero de jure collectandi in publica
Vorlesungis

1794.

Sekund, Joanes Jacobus: De acceptationibus stupratorum
ad satisfactionem privatem contra stupratorem
agentem repellentes

1795

1. Lorsch, Christianus Godfredus: De communicatione bono
vni universali in secundis nuptiis mortui prole
prioris thori hanc exclusa

1795

2. Stach, Wenceslaus Alayria: Dissertationes sing. eisdem
extensum examen systematicis Brunonici physiologicae

1796

1. Layritz, Ferdin. Wilhelm Antonius: Dissertationes
extensum observationes de auctoritate diplomatum
ex archivio Imperatorum unguis in juri scientia
usa.
2. Ludner, Georg Jacobus: De obligatione alendi liberos
illegitimos.

1799

Holzschaker et Harvath, Rudolphus Christoph. Carl Josephus:
De pecunia extraordinaria deficiente plena crisi
probativae nebulosae decernenda.

1800

de Naturae
Stürmer, Johann Christian: Johann Christophus: De Libris
circa quantitatem et stagnationem aquae in alio m. l. c.
comparandis aquae Essentis



n. 34

2





18. 1778, 2 4

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA
DE
ABVSU REI FRVCTVARIAE
MODO TOLLENDI VSVFRVCTVM
SPVRIO



QVAM

AVCTORITATE ET CONSENSV
MAGNIFICI IVRECONSULTORVM ORDINIS

PRO LICENTIA
SVMMOS IN IVRE HONORES
RITE CONSEQVENDI

D. XVIII. IVNII MDCCCLXXXVIII.

PVBlicAE DISQVISITIONI

SVBIIICIT

IOANNES FRIDERICVS FLEISCHMANN

ALTORFINVS

REIPVBlicAE NORIMBERGENSIS ADVOCATVS.



ALTORFII

EX OFFICINA MEYERIANA.



P. 319



DISSENTATIO IN AVOYTAH HEDICIA
DE
AVSV REI KVOTVARIAE
NOBO TOLLENDI VSVARVOTVM
SPVRIQ

AVCTO TANT ET CONTEVA
MAGNIFICENTISSIMO M. O. O. O.

PRO LICENTIA
AVMPTO IN KXRE HONORE S
AVTE CONSERVENDI

AVMPTO IN KXRE HONORE S
AVTE CONSERVENDI

AVMPTO IN KXRE HONORE S
AVTE CONSERVENDI
AVMPTO IN KXRE HONORE S
AVTE CONSERVENDI

AVMPTO IN KXRE HONORE S
AVTE CONSERVENDI



SACRI ROMANI IMPERII
PERILLVSTRIS AC LIBERAE
REIPUBLICAE
NORIMBERGENSIS
S E N A T V I
SPLENDIDISSIMO
PERILLVSTRIBVS AC GENEROSISSIMIS
DOMINIS
DOMINIS
DVVMVIRIS
TRIVMVIRIS
SEPTENVIRIS
CONSVLIBVS
SENATORIBVS
PATRIBVS PATRIAE
BENIGNISSIMIS
DOMINIS SVIS GRATIOSISSIMIS

A DEO IMMORTALI
REGIMEN TRANQVILLVM
SVCCESSVS CONSILIORVM PROSPERRIMOS
GENEROSISSIMARVM FAMILIARVM
FLOREM PERENNEM
VITAE PLACIDAE LONGAEVITATEM
PIE ADPRECATVS
SPECIMEN HOC INAVGVRALE
EA QVA PAR EST OBSERVANTIA

DEDICAT
SE SVAQVE STVDIA
DE MELIORI COMMENDAT
TANTORVM NOMINVM

CVLTOR DEVINCTISSIMVS

AVCTOR.




§. I.

INSTITVTI RATIO.



Instituenti mihi rem ualde implicatam tractare, a nemine, quantum quidem ego scio, sigillatim et ex professo tractatam, seuerior ista cogitatio, in argumento hoc aliquamdiu defixa, peropportune in memoriam reuocauit, quod grauius sapienterque suo more monuit HOMMELIUS ^{a)}, in consueta dissertationum academicarum uitia inuectus: *Primum omnes, inquit, illas, quae praeter rem et necessitatem nimium crassae sunt, pessimas dico. Furor est profecto, res dupondiis notas et in elementariis libris ad satietatem usque pertractatas, antequam ad tuae disputationis propositum deuenias, taediosius recoquere, non aliam ob causam, nisi disputatio ne breuis uideatur. — Intra suos fines disputationes academicas uolumus contineri, utpote in quibus nemo generalia quaerit, sed quaestionum enodationes singularium, quae, quo sunt concisiores, hoc magis laudantur.* Eo itaque consilio, missisque circa Vsumfructum generalibus, scriptionem hanc ita partior, ut *partim* demonstrarem,



amissionem usufructus ob abusum fructuarii in forulis iuris communis nullum reperire praesidium, sed aliter domino proprietatis prospectum esse, *partim*, quid dissentientibus hac de re placuerit, diligenter edisseram, eorumque argumenta excutiam. Comprehendit illa b. IO. VLTRICVS CRAMERVS *Tom. III. obseruat. Iur. uniuers. obsf. 967. b)* Cum uir ille celeberrimus causam suam bene ordinauerit, a naturalibus ad ciuilia transeundo, eius uestigiis in causa mea peroranda et ego insitam. Hoc amplius! mi Lector. Iuvenile est hoc opusculum, studiorum meorum primitiae, et multa sunt, quae ipse iam uel in dictione uel in ipsa elaboratione desiderem; eo tamen superfedere non potui, maxime cum statuta huiusmodi specimen exigent. Cui non dictus Hylas?

a) in Litteratura Iuris, §. 53.

b) Quae ita se habet: „Si quis re fructuaria male utitur, eadem contra uoluntatem concedentis utitur, utpote ui cuius tantum re uti, nequam abuti debet.

Quemadmodum itaque concedens abusum non concessit, ita concessum usufructum tacite istum in euentum mali usus reuocauit; sicque male utendo usufructus amittitur.

Eam in rem maximopere facit l. 9. §. 5. D. de damno infecto, ubi disertis uerbis dicitur: *fructuarium aedium, qui non rescit, a domino utifruui prohibendum.*

Ad hanc respicit Imperator §. 3. *Instit. de usufr.* affirmans: *non utendo per modum usufructum finiri.* Adiciuntur equidem uerba: *et tempus*, ex quibus HEINECCIUS

Pand. L. VII. Tit. 4. §. 120.

colligit, *non uti per modum et tempus esse non quasi possidere per iustum tempus*; ut adeo Imperator ipsi respicere uideatur ad l. 16. C. de usufr.

Enim-

Enimvero hac in lege alius casus supponitur, quo nimirum praescriptione ususfructus amittitur. Prior uero respicit casum negligentiae uel malitiae, seu proaerefeos a modo a concedente uel lege praescripto, recedendi. Nec iuuat HEINECCIVM, quod proprietarius cautione usufructuaria securus sit.

Etsi enim fieri possit, ut ratione damnorum illatorum securus sit, minime tamen ratione metuendorum in posterum securus est. Ratione horum securitas plenaria deficit, nisi ipsa facultate in posterum utendi sublata, eoque magis, quod melius, rem intactam seruare, quam post uulneratam causam remedium quaerere.

Ecquae alia ratio, cur cessione extraneo facta ususfructus amittatur per l. 66. D. de Iure dot. intelligendo nimirum ipsius iuris utendi fruendi cessionem, quam quod tali cessione ipsius iuris usufructuarius usufructu abutatur?,,

§. II.

QVID IURE NATVRALI CIRCA ABVSVM REI FRVCTVARIAE OBTINEAT?

Ius domini in usufructuarium naturaliter eo potissimum redire uidetur, ut eum cogere possit, ne re aliter utatur fruatur, quam ipsi fuerit concessum. Etenim dominus non tenetur pati, nisi ut usufructuarius utatur fruatur salua rei substantia, et secundum modum praescriptum. Quamobrem si fructuarius aliter uti frui uelit, dominus non nisi eum prohibere potest, quo minus faciat. Hinc recte monuit CHRISTIANVS WOLFIVS c): *naturale non esse, ut fructuarius ius suum amittat usu contrario ei, qui ipsi fuerat concessus a conferente, uel ob rei deteriorationem; sed poenale, quod ciuilitate constitui potest per modum executionis iuris coactiui, ne re aliter utatur fruatur, aut culpa sua reddat deteriozem.* Accedit, quod natu-



naturaliter non liceat, ut quis uiolatam sibi fidem alia perfidia ulciscatur. Quodsi igitur ususfructus ex conuentione uel ultima uoluntate profectus est, et dominus fructuarium male et perfide utentem iure ususfructus priuare uelit: nonne, quaeso, dominus sanctitatem fidei datae laedit, et perfidiam aliam alia ulciscitur?

c) *Part. V. Iur. Natur. cap. VI. §. 1506.*

§. III.

EXPENDITVR SENTENTIA CONTRARIA

CRAMERI.

Iam uero me primum conuerto ad III. CRAMERVM, quippe cui, ut ex eius obseruatione antea prolata patescit, staturae placuit, quod concedens usumfructum *tacite*, (i. e. concedendo tantummodo usumfructum rei, non abufum,) in euentum mali usus reuocauerit, adeoque fructuarius male utendo ius suum amiserit. Neque tamen argumentum hoc satis idoneam uim habere puto: nam factum concessionis ususfructus, in euentum abufus longe aliam, eamque naturae negotii aptiorem, admittit interpretationem, quemadmodum §. antecedenti dictum est, scilicet concedens usumfructum non quidem pati tenetur, ut fructuarius re male utatur, pati autem tenetur, ut fructuarius salua rei substantia et secundum modum praescriptum utatur fruatur, idcirco concedens in euentum abufus sibi potius facultatem cogendi fructuarium, ne abutatur, quam facultatem in totum reuocandi et adimendi usumfructum reseruasse uidetur.

§. IV.


§. IV.

AMISSIO VSVSFRVCTVS OB ABVSVM IVRE
CIVILI INCOGNITA.

Inter modos tollendi usumfructum, quos eleganter IUSTINI-
ANVS ^{d)} una voce *Corruptiones* appellavit, nusquam abusus in iure
Romano reperitur. IULIUS PAULVS ^{e)}, dum modos tam
amittendi, quam finiendi usumfructum abscisse et summa cum so-
lertia denarrat, de abusu prorsus filet. Verba eius, quae com-
memorentur, digna sunt: *Amittitur ususfructus quinque modis: ca-
pitis mutatione, rei mutatione, non utendo, in iure cessione, domini
comparatione. Finitur ususfructus morte aut tempore* ^{f)}. Perpetuum
quoque est silentium de abusu, tamquam modo amittendi usum-
fructum, in caeteris, quotquot supersunt, veterum Ictorum
fragmentis. Quo factum esse videtur, ut in toto Tit. Dig. *Qui-
bus modis ususfructus vel usus amittitur*, nec uola, nec uestigium
huius rei deprehendatur. Quantum vero valeat argumentum,
quod *inficiale* dicitur, si probetur silentium grauissimi scriptoris,
qui pro consilio propositoque scribendi rem necessario commemo-
rare debuisset, nemo unus ignorat ^{g)}.

d) *L. 16. C. de Vsufruct. Quem significatum praetermisere BRISSONI-
VS, eiusque suppromus HEINECCIUS, in Opere de Verborum,
quae ad Ius Civile pertinent, significatione, voc. Corrupti.*

e) *Receptarum Sententiarum Libr. III. Tit. VIII. §. 31. et 36. edit. CVIA-
CIAN. et Libr. III. Tit. VI. §. 28. et 33. edit. SCHVLTINGII
in Iurisprudencia Ante - Iustiniana, pag. 362. et 363.*



- f) PAVLVS multo accuratior est IVSTINIANO, qui §. 3. *Inst. de Vusufruct.* modos amittendi et finiendi usumfructum confusim attigit. Inter finitionem et amissionem ususfructus hoc maxime interest, ut finitus morte uel tempore non repetatur, quocumque autem modo amissus repeti possit. *L. 3. et 5. D. Quib. mod. usufr.* Vid. CVIACIVS ad PAVLV M *cit.* §. 36. et MERILIVS *Exposit. in L. De-cif. Iustinian. Tom. II. Oper. pag. 53.*
- g) Vid. Cel. IO. AVG. ERNESTI *Diss. de fide historica recte aestimanda, §. 52. 59.*

§. V.

AMPLIATIO.

Quid? quod ueteres Iuris conditores usumfructum male utendo non amitti diserte statuerunt. Auctor est MARCELLVS in *L. 11. pr. D. Quemadm. seruit. amitt.* Is, inquit, cui uia uel actus debebatur, ut uehiculi certo genere uteretur, alio genere fuerat usus: uideamus, amiserintne seruitutem, et alia sit eius conditio, qui amplius oneris, quam licuit, uexerit: magisque hic plus, quam aliud, egisse uideatur: sicuti si latiore itinere usus esset; aut si plura iumenta egerit, quam licuit; aut aquae admiscuerit aliam. Ideoque in omnibus istis quaestionibus seruitus quidem non amittitur: non autem conceditur plus, quam pactum est, in seruitute habere. Sententia legis clara est. Instas fortasse, mi Lector! Idem loqui de seruitutibus realibus. Verum seruitutes, quae personalium nomine ueniunt, si res penitus inspiciatur, rectius mixtae uocari possunt, quod hinc res sit, quae seruitutem debet, inde persona, cui debetur^h).
Quod

Quod igitur Ictus de seruitutibus realibus dicit, utrique generi seruitutum commune est. At, MARCELLO refragari uidetur PAVLVS in *L. 18. eod.* *Si quis alia aqua usus fuerit, quam de qua in seruitute imponenda actum est: seruitus amittitur.* Salua res est. Aliud est, *seruitute aliter uti*, aliud, *omnino alia re uti*. Itaque non usus seruitutis, si duret per id tempus, quo non utendo constat seruitutem, causa est, cur amittatur. Sic GER. NOODTIVS ¹⁾ PAVLVM et MARCELLVM inter se conciliat, ipso PAVLO auctore, qui *L. 10. §. 1. eod.* *Si is, ait, qui nocturnam aquam habet, interdum per constitutum ad amissionem tempus usus fuerit, amisit nocturnam seruitutem, qua usus non est.* Praeter MARCELLVM auctor est VLPIANVS in *L. 1. §. 6. Vsufructuar. quemadm. cau.* ubi prodidit, priorem fructuariae cautionis partem, quae est: *usurum boni uiri arbitrato*, non solum *statim* committi, ac fructuarius aliter usus fuerit, sed et *saepius*; id quod manifesto indicat, non amitti usumfructum, simul ac fructuarius male usus sit, cum alioquin fieri non posset, ut *saepius* eadem cautio committeretur.


h) Vid. FR. HOTOMANNVS *Observation. Lib. III. cap. 22. p. 61.*

i) de *Vsufructu Lib. II. cap. 11.*

§. VI.

EFFECTVS ABVSVS REI FRVCTVARIAE SECVNDVM IVS CIVILE.

Si denique *actiones*, quibus proprietario contra fructuarium male utentem in Iure prospectum est, considerentur, haud leue



praesidium iis conciliari existimo, qui abusus rei fructuariae inter modos usufructum tollendi locum relinquere nolint. Istas actiones prodidit VLPPIANVS^{k)}. Scilicet si fructuarius ante cautionem praesitam male usus est, tenetur ex L. Aquilia, uel interdicto quod ui aut clam, uel furti^{l)}, uel in factum actione. Quo pertinet L. 13. §. 2. D. de Usufruct. Post cautionem praesitam si male usus est, haec statim committitur, i. e. actio ex stipulatu nascitur. Quo spectat L. 1. §. 5. D. Usufructuar. quemadm. cav. quae ita se habet: *Vilius autem usum est, stipulatione de hoc cauere, ut, si quis non uiri boni arbitrato utatur, committatur stipulatio statim, nec expectabimus, ut amittatur usufructus.* Quae postrema uerba amissionem usufructus ex causa abusus plane excludunt. De eadem cautione fructuarii, se usum boni uiri arbitrato, amplius ait VLPPIANVS §. 6. d. l. Saepius committetur. Quotiescunque nimirum fructuarius causam proprietatis male utendo fecit deteriorem, semper committitur cautio: nam fructuarium cautionem indefinitam datis fideiussoribus idoneis praestare oportet^{m)}; pignoribus non contenta estⁿ⁾). Hinc CRAMERVS rationes suas recte non subduxisse uidetur, dum statuit, proprietario cautione usufructuaria quoad damna futura non satis prospectum esse.

k) L. 13. §. 2. D. de Usufruct. l. 1. §. 5. D. Usufructuar. quemadm. cav.

l) Quamuis uero consultius usum sit, ab infami nostris moribus appellatione furti in hac similibusque speciebus abstinere, praesertim cum furtum iure Carolino angustioribus sit circumscriptum finibus, nihil tamen absurdi hoc nomine continetur, sed satis illud conuenit rei suae.

suae. Si quis enim usum rei usurpat, quem dominus non concessit, rem incorporalem alienam in seio et inuito domino aufert suamque facit.

- m) L. 13. pr. in fin. D. de Usufruct. L. 5. §. 1. Usufructuar. quemadmodum cav.
- n) L. 7. D. de Praet. stip.

§. VII.

AMISSIO VSVSERVCTVS OB ABVSVM IN L. 9. §. 5.
DE DAMN. INFECT. FRVSTRA
QVAESITA.

Nondum nos poenitet nostrae sententiae, etiamsi iterum intercedat CRAMERYS, et ex L. 9. §. 5. D. de damn. infect. probari contendat, male utendo usumfructum amitti, cum VLPIANVS disertis verbis dicat: *fructuarium aedium, qui non reficit, a domino uti frui prohibendum*. Verum enim uero hoc non pertinet eo, ut ususfructus tali prohibitione perimatur, quod nec ab VLPIANO in *Leg. cit.* nec a PAVLO, ubi enumerat modos tollendi usumfructum, nec ab ullo Veterum traditum est. His potius sedit, fructuarium aedium idcirco prohibitum uti frui, quod non reficit, usumfructum ipso iure retinere, nec amittere ante, quam si ea prohibitio duret per id tempus, quo non utendo amitti solet seruitus o).

o) Vid. NOODT de Usufr. Libr. II. cap. 9.



§. VIII.

VSUSFRUCTVS IVRE CIVILI NON VTENDO PER
MODVM NON AMITTITVR.

Diu multumque agitata est quaestio: quomodo intelligenda sint uerba §. 3. *I. de Usufruct.* *Finitur autem ususfructus non utendo per modum et tempus; quae omnia statuit nostra constitutio.* Iure antiquiori, ut ex PAVLO P) constat, ususfructus rei mobilis anno, immobilis biennio, non utendo amittebatur. Quem amittendi modum sustulit IVSTINIANVS L. 16. §. 1. *C. de Usufruct.* *et habit. quia*, ut ait, *multae et innumerabiles causae rebus incidunt mortalium, per quas homines iugiter (continuo) retinere, quod habent, non possunt. Et est satis durum per huiusmodi difficultates amittere, quod semel possessum est.* Immutauit ergo IVSTINIANVS non solum tempus anni uel biennii, substituta praescriptione X. uel XX. annorum, sed etiam modum, ita, ut ususfructus constitutus solo non usu non amitteretur, sed alium modum accedere oporteret, nempe ut proprietarius rem, in qua ususfructus constitutus est, per longum tempus continuo possideat, et libertatem ususfructus praescribat. Quo pertinent uerba §. 1. *in fin. dict. leg. 16. Nisi talis exceptio usufructuario opponatur, quae, etiamsi dominum uindicaret, posset eum praesentem uel absentem excludere.* Hinc perspicuus est sensus uerborum IVSTINIANI §. 3. *I. de Usufruct.* *Usufructum finire uel amitti non utendo per modum et tempus.* Hoc ait, ut doceat, usufructum non ut olim amitti non utendo solo tempore, sed et hunc modum desiderari, ut proprietarius praescriptio-

scriptionem longi temporis sibi acquirat. Non amittitur igitur omnimodo non utendo, sed interrupta possessione, quae hanc praescriptionem acquirit ei, qui possidet. Et ideo subiicit, *quae omnia nostra statuit constitutio*, i. e. dict. l. 16. C. de *Usufr. et habit.* Quae tamen nihil constituit, uel mutat in modo, quo quis uti frui debet tamquam bonus paterfamilias. Vno uerbo absol-uam: *Usufructum finire uel amitti non utendo per modum et tempus*; *quae omnia nostra statuit constitutio*, i. e. certo modo, certo tempore, noua lege a Iustiniano definita 9).

p) *Libr. III. Sentent. Tit. VI. §. 30.*

q) Hanc interpretationem probant, praeter HEINECCIUM, GER. NOODTIUM de *Usufruct. Lib. II. cap. 9.* IAN. A COSTA ad §. 3. l. de *Usufr.* PVFENDORFIUS *Obserrat. Iur. uniuers. Tom. III. Obs. 188. §. 49.* quamuis rem claram subobscure proposuerint. Nec reiicit hunc sensum *Paraphrasis THEOPHILI, non utendo*, inquit, *τεὸς αὐτοῦ ἐν τῷ, καὶ ἀδιορίστῳ χρόνῳ*, modo certo, et definito tempore.

§. IX.

LICEATNE EX L. 66. D. DE IUR. DOT. ARGY-
MENTVM AMISSIONIS VSVSFRUCTVS OB
ABVSVM DVCERE?

Sic scripsit POMPONIVS in l. 66. D. de *Iur. dot.* *Diximus usufructum a fructuario cedi non posse, nisi domino proprietatis, et si extraneo cedatur, id est, ei qui proprietatem non habet, nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis reuersurum usufructum.*

Quid



Quid inde colligit CRAMERVS? Vsumfructum, cessione extraneo facta, propterea amitti, quod tali cessione ipsius iuris fructuarius usufructu abuteretur. Sed uereor, ut POMPONIVM satis affectus sit. Quid enim significat: *sed ad dominum proprietatis reuersurum usufructum?* utrum aliquando, an statim et per consequentiam cessionis? POMPONIVS sensit, reuersurum usufructum non statim et per consequentiam cessionis, sed aliquando et suo tempore, ubi finitus erit legitimis modis, ueluti morte fructuarii. Nihil agere dicitur fructuarius, extraneo cedens, nec facere potest, qui ita cessit, quin aliquando usufructus reuertatur ad proprietatem. Nihil aliud quoque IVSTINIANVS in POMPONII responso deprehendit, quam nihil esse cessionem, quae extraneo fieret: *nam ut §. 3. I. de Vusufr.* abscisse ait, *cedendo extraneo nihil agitur.* Huc etiam spectat locus PAULI^r): *In iure cessione amittitur usufructus, quoties domino proprietatis eum fructuarius in iure cefferit;* ergo non aliter. Ergo non pertinet cessio extraneo facta, quae nihili est, ad amittendum usufructum.

r) *Libr. III. Sent. Tit. VIII. §. 35. edit. CUIACIAN. et Libr. III. Tit. VI. §. 32. edit. SCHVLTINGII.*

T A N T V M.



ULB Halle

003 331 415

3



TA-0L







18. 1778, 2 4

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA
DE
ABVSU REI FRVCTVARIAE
MODO TOLLENDI VSVMFRVCTVM
SPVRIQ

P. 919

QVAM
AVCTORITATE ET CONSENSV
MAGNIFICI IVRECONSVLTORVM ORDINIS
PRO LICENTIA
SVM MOS IN IVRE HONORES
RITE CONSEQVENDI

D. XVIII. IVNII MDCCCLXXXVIII.
PVBLICAE DISQVVSITIONI

SVBIIICIT
IOANNES FRIDERICVS FLEISCHMANN
ALTORFINVS
REIPVBLICAE NORIMBERGENSIS ADVOCATVS.

ALTORFII
EX OFFICINA MEYERIANA.

